



*De urbis Lodziae usque vigente spiritu.
Paucae adnotationes ad Societatis
Proletariae Athleticae Widzew ortum
auctumque pertinentes*

Nonis Novembribus anno millesimo nongentesimo decimo Societas Amicorum Artis Athleticae in Widzew, quae est pars urbis Lodziae orientalis, condita est. Constitutio Societatis a gubernatore regali pridie Idus Novembres signata est. Deinde manipulus pediludentium in campionato urbis Lodziae participavit, sed nullum ad successum pervenit. Primo bello mundiali omnis actio societatis suspensa est. Ante diem nonum Calendas Februarias anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo grex anteriorum fundatorum consilium generale convocavit et dicta Societas Proletaria Athletica restituta est atque primus eius praesidens Boleslau Świerżewicz nominatur.

Primo haec societas duas tantum sectiones habebat: ludum gymnium campestrem et pedifollem, quarum alteram ab initio magnam multitudinem iuvenum ordine proletaria attraxisse scimus.

Certamen primum postridie Calendas Apriles anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo commissum est et iam sub nomine novo decertantes pedilusores widzewienses a pedilusoribus subsidiariis Societatis Athleticae Lodziensis superati sunt. Ante diem tertium Calendas Apriles anno millesimo nongentesimo tricesimo campus apud viam Rokitiensem (hodie Piłsudskiego) apertus est.

Usque ad initium secundi belli mundialis pedilusores Societatis Proletariae Athleticae plerumque in Lodziae peractis certaminibus sine victoriis maioribus ludebant. Vectigalium opes non sufficientes fecerunt ut cum societatibus opulentibus contendere non possent. Attamen studio dignum unum hic proferre decet, ut Societas pediludium Widzew certamen societatum proletariorum Polonicarum vicerit ante diem duodecimum Calendas Decembres anno

millesimo nongentesimo tricesimo secundo.

Secundo bello mundiali finito Societas Widzew restaurata est et agere iterum coepit. Post duos annos Societas Proletaria Widzew in liga prima certabat, sed eo casu finis non coronavit opus, quia manus haec pedilusoria ligam in secundum decedit. Non iuvenilis aetas et imperitia pedilusorum causa omnium difficultatum eo tempore erat, sed magis, ut nonnulli dicunt, aetas nimis matura, lassitudo, experientia belli mundialis improspere exitui contribuit. Itaque Widzew usque ad annum millesimum nongentesimum quinquagesimum secunda in liga, deinde per viginti annos in tertia et in gradibus inferioribus ludebat.

Annus millesimus nongentesimus sexagesimus nonus ima fere clades et una spes oriens factus est. Tum enim ad societatem duo agitadores venerunt, Stephanus Wroński et Ludovicus Sobolewski, auctores posteriorum triumphorum societatis eius athleticae. Uterque ludentium agmen creare volebant, quod principia generaliter accepta Europa in occidentali sequeretur. Eo facto Widzew secundam in ligam progressit, in qua usque ad annum millesimum nongentesimum septuagesimum secundum ludebat.

Anni septuagesimi octogesimique magnos triumphos pedilusoribus widzewiensibus portabant, qui bis victores e Certaminibus Polonicis (anno millesimo nongentesimo octogesimo primo et

anno millesimo nongentesimo octogesimo secundo), quinquies secundi in eisdem ludis evenerunt. Tropheum etiam in contentione de Poloniae Scypho triumphali obtinuerunt anno millesimo nongentesimo octogesimo quinto superque constanter in Competitionibus Europeis participes aderant. In rebus gestis societatis proletariae notae sunt propterea tres victoriae, prima cum Manchester City, altera cum Taurinensi Iuventute et ultima cum Liverpool deportatae. Anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio Pedifollis Widzew Vladislao Żmuda duce maximum triumphum suo in progressu egit, cum ad semifinalem contentionem Europae Scyphi Triumphalis pervenisset. Manus pedifollis Widzew iure et merito, non solum Polonicis sed etiam Europeis certaminibus ingressa est. Non per divites, adiutores, translationes magnas, magis propter animum fortem pedilusorum, exercitadores et agitadores operi suo deditos eventum talem consecuta est.

Post commemoratos modo successus Magna Widzew, ut quoque temporibus hodiernis societas illa nominatur, peiores annos experta est. Annis tamen nonagesimis vicesimi saeculi Widzewiensens triumphos novos portare in Polonia coeperunt: victores in duobus certaminibus Poloniae sunt (anno millesimo nongentesimo nonagesimo sexto et septimo), postea memorabili ludo contra Danicam manum Brøndby IF antierius in stadium Europae Primorum Certaminis promoti sunt.

Post successus magnos, ut consecutio rerum gestarum societatis multipliciter monstravit, iterum difficultates apparent. Initium vicesimi primi saeculi ita grave et difficile fuit, ut Societas fere cecidisset. Tum fautorum vi et agentium pertinacia Widzew resurgere potuit. Anno bis millesimo quinto decimo novus campus aedificatus est. Aestimatores societatem restituerunt et eius sedilia circuitumque implebant etiam temporibus pessimis, quando Widzew inferioribus in circulis

ludebat. Tandem anno bis millesimo vicesimo secundo Widzew in summum ordinem iterum redit. Societas haec Proletaria Pedifollis, quae iam centum et decimum annos manet, una optimarum in Polonia est, propterea quod magni pedilusores in ea ludebant ut Sbigneus Boniek et Vladislaus Smolarek, sed etiam quia inter difficultates multas et graves incorruptibilis recensque animo semper evenit.

Tłumaczenie tekstu¹

O wciąż żywym sercu miasta Łodzi. Kilka uwag o historii RTS Widzew

5 listopada 1910 roku zostało założone Towarzystwo Miłośników Rozwoju Fizycznego w Widzewie, który znajdował się we wschodniej części Łodzi. Statut założycielski klubu został podpisany przez carskiego gubernatora 12 listopada tego samego roku. Wtedy drużyna piłkarska Towarzystwa wzięła udział w mistrzostwach Łodzi, lecz zakończyła zawody bez żadnego sukcesu. Podczas pierwszej wojny światowej całkowicie zawieszono działalność klubu. 24 stycznia 1922 roku grupa wcześniejszych działaczy Towarzystwa

zwołała walne zgromadzenie założycielskie Robotniczego Towarzystwa Sportowego Widzew, a pierwszym Prezesem klubu został Bolesław Świerożewicz.

W początkach istnienia Towarzystwo posiadało dwie sekcje: lekkoatletyczną i piłkarską, z których zwłaszcza ta druga od samego początku przyciągała ogromną liczbę młodzieży z klasy robotniczej. Pierwszy mecz pod nową nazwą drużyna piłkarska rozegrała 2 kwietnia 1922 roku, ponosząc porażkę z rezerwami Łódzkiego Klubu Sportowego. 30 marca 1930 roku otwarty został stadion przy ulicy Rokicińskiej (obecnie Piłsudskiego).

¹ Tłumaczenie tekstu wykonała dr Adriana Grzelak-Krzymianowska.

Do wybuchu drugiej wojny światowej piłkarze Widzewa rozegrali wiele meczów w Łodzi, lecz bez większych sukcesów. Nie posiadali dość środków, aby móc skutecznie przeciwstawić się bogatszym klubom. Warto w tym miejscu odnotować fakt, że 20 listopada 1932 roku drużyna Widzewa wygrała mistrzostwa Polski klubów robotniczych.

Po zakończeniu wojny RTS Widzew został reaktywowany i rozpoczął na nowo swoją działalność. Po dwóch latach Klub grał już w I lidze, lecz niestety nie osiągnął sukcesu i spadł do II ligi. Problemem w tym czasie nie był młody wiek graczy czy brak doświadczenia, ale raczej, co niektórzy sugerują, do upadku drużyny przyczyniły się: zaawansowany wiek graczy, wyczerpanie i przeżycia wojenne. Do 1952 roku Widzew pozostał w II lidze, a przez kolejne 20 lat grał w III lidze i niższych.

Rok 1969 okazał się przełomowy i pojawiła się nadzieja. Wtedy właśnie do Klubu dołączyli dwaj działacze: Stefan Wroński i Ludwik Sobolewski, twórcy późniejszych sukcesów Widzewa. Obaj chcieli stworzyć prawdziwie europejski zespół, który byłby w stanie konkurować z zagranicznymi drużynami. Dzięki ich działaniom Widzew przeskoczył do II ligi, w której grał do 1972 roku.

Lata 70. i 80. przyniosły piłkarzom Widzewa wiele spektakularnych wygranych. Dwukrotnie triumfowali w Mistrzostwach Polski (1981, 1982), pięciokrotnie byli wicemistrzami. W 1985 roku zdobyli Puchar Polski, a ponadto

nieustannie stawiali do rywalizacji w pucharach europejskich. Za największe osiągnięcia Towarzystwa należy uznać trzy zwycięstwa: pierwsze z zespołem Manchester City, drugie z drużyną Juventus Turyn i ostatnie z Liverpoolem. W 1983 roku zespół Widzewa pod wodzą Władysława Żmudy odniósł swój największy triumf, a mianowicie dotarł do półfinału Pucharu Mistrzów. Drużyna piłkarska Widzewa słusznie i zasłuzenie znalazła się wśród uznanych zespołów polskich i europejskich. Nie osiągnęła tego dzięki funduszom, sponsorom, wyjątkowym transferom, a raczej do osiągnięcia sukcesu przyczynił się upór i odwaga zawodników, którzy z pasją i zaangażowaniem grali dla swojego klubu.

Po wspomnianych sukcesach Wielki Widzew, jak jest do dzisiaj nazywany, doświadczył gorszych lat. Lata 90. to czas, gdy Widzewiacy ponownie zaczęli odnosić nowe triumfy. Zwyciężyli w dwóch kolejnych Mistrzostwach Polski (1996, 1997). Następnie, po pamiętnym meczu przeciwko duńskiej drużynie Broendby IF, awansowali do fazy grupowej Ligi Mistrzów.

Po wspaniałych sukcesach, co już wcześniej pokazały dzieje klubu, znowu na horyzoncie pojawiły się kłopoty. Początkowe lata XXI wieku okazały się na tyle ciężkie i trudne, że niemalże doprowadziły do upadku Widzewa. Wtedy siła oraz wytrwałość kibiców i miłośników RTSu doprowadziły do ponownego wskrzeszenia klubu. W 2015 roku został zbudowany i otwarty nowy stadion

Widzewa, który zapełniał się kibicami nawet w tych najtrudniejszych chwilach, gdy drużyna grała w niższych ligach. Aż w 2022 roku piłkarze klubu ponownie awansowali do Ekstraklasy. Drużyna piłkarska RTS Widzew, która istnieje już od ponad 110 lat, jest jedną z najlepszych w Polsce, gdyż grali w niej tacy piłkarze jak Zbigniew Boniek czy Władysław Smolarek, ale przede wszystkim

dlatego, że niezależnie od wielu trudów i niesprzyjających okoliczności pozostaje wciąż silna duchem.

Bibliografia

- Stańdo B., *Widzew. Reaktywacja*, s.l. 2023.
Wawrzynowski M., *Wielki Widzew. Historia polskiej drużyny wszech czasów*, s.l. 2013.